

## M O N I T U M

**I**N animo habebat Autor sequentibus  
 duobus tractatibus tres vel quatuor ad-  
 dere, quorum primus ageret de tempore  
 Regionis aëreae, quantum ad calorem  
 & frigus; praemittendus illis, qui nu-  
 eduntur, nisi eum ad alias quasdam sche-  
 das de aëre reservare commodius visum fu-  
 set. Alteri tractatui de submarinis regionibus  
 relationes quasdam de fundo maris adjicere  
 visum fuit, quibus addenda fuissent observa-  
 tiones quadam de salsedine maris, si particu-  
 laria aliqua in schedis errantibus consignata  
 reperire autor tempestive satis potuisset, &  
 vacua, quae hoc in tractatu pro iis reliquerat  
 spatia, iis impleret. Ista quae nunc prodeunt  
 cum ad inedita ista non pertineant, preme-  
 ditius consultum non videbatur. Verum  
 de singulis istis tractatibus hoc in universum  
 moneri debet, quod, cum sint Historicae disse-  
 rtationes, quae potissimum (quamvis non unico-  
 consistant in istis particularibus, in quibus opus  
 habet aliorum informatione Autor, existimatio-  
 nem suam in singulorum veritate, asserendam non  
 sit periclitaturus; id tantum quod expectari  
 se justè poterat perfecisse contentus. Quod in  
 consistit, ut sollicitè apud homines fide dignos in-  
 quirat, qui maximam partem responsa pro nota-  
 tiâ suâ formant, & ab illis relata fide  
 debitâ consignet.